6. Hîc arcta flevit tempora:
Solvetur iſtîc ſarcinâ,
Fruensqve pace perpete
Ceu ſol micabit lumine.
7. Hoc dormiat ſub marmore!
Abimus ex teſtudine;
Paramus at nos ſeduli
Nam mors propinqvat limini!
8. Spes noſtra, Chriſtus, iſta det,
Qvi nos cruore ſuſtinet:
Ex Ditis is nos faucibus
Redemit, hunc laudabimus!

Cap. IV.
De Baptiſmo.

CCVIII. Chriſt unſer HErr zum Jordan kam/

D. Mart. *Lutheri*, ex verſ. Caſp. *Stieleri*.

CHriſtus petebat Jordanis
Nutu Patris fluenta,
Mandata tinctus muneris
Sic orſus exeqvenda,
Ut inſtitutô gurgite
Nos ſordibus levaret,
Necemqve merſum ſangvine
Hic propriô necaret,
Vitæ modum novaret.
2. Ex ore nunc ergo Jhovæ,
Baptisma qvid? notate,
Menteſq; ſectis liberæ,
Qvid ſentiant renatæ.

Solus